

Numerum septenarium apud priscos huius Urbis incolas in summa fuisse veneratione, prater vulgus hi Germanici, de septem rebus celebrioribus, quibus gloriari antiquitus incolæ solebant, rhythmi attestantur.

Süen Sören tho S. Marien Kærte/
Süen stræren van dem groten mærkede/
Süen dhære so dar gahn tho laude/
Süen topmans brüggen by dem strande/

Süen törne so by dem Kædhus stann/
Süen floeken de dar daghen schlann/
Süen linden by dem Rosengarden/
Dat syn der Rostocker tennewarten.

Insignia Urbis pinguntur quadrupliciter. Aut gryphe solo: aut gryphe in campo, Si ita loqui liceat vt vulgus loquitur. aut bucrano solo: aut ex tribus hisce coniunctis, quibus aurea corona & nouem vexilla superadduntur. Gryps vel gryphus, qui omnia ferè animalia superare dicitur, animum magnanimum & fortitudinem. Bucranum; fidelitatem & fidem, quam Bucephalus Alexandro magno domino suo, (à quo hodierni Megapolitani Principes orti,) egregiè nauauit. Deauratù diadema, Regem conditorem. Vexilla, victoriæ præmia denotant. Galea clausa; maiorum antiquitatè & simplicitatem, in ipsis etiam tenebris rectum & iustum (quod multi clathratis & apertis galeis hodie vix possunt) cernentium, subindicat. Color clypei rubeus; studium erga religionem. Candidus; fidei exordia animorù puritate dilatata. Cæruleus; cælum sic mereri, tacitè arguit. Atque hæc insignia suâ fide, industriâ & labore, quemadmodum & amplissima priuilegia multa ab illustrissimis & elementissimis suis Principibus promeruerunt.

Familia; perpetuâ successione, & generis claritudine felices, fuerunt olim hæc in vrbe plurimæ, nimirum de Wöneten/ de Coesfeden/ Wöfrent/ Grefen/ Nachtrauen/ Löwen/ Wöfen/ Krusen/ Roden/ van Zelowen/ van Oetbergen/ van Zeinè/ van Na/ Wöwen/ Kröne/ Kröpetin/ Kærthöven/ van Waggen/ Wöfe/ Raßon/ Waken/ Grenzen &c. quarum posteriores, longâ annorum serie transmissa, ad patrum vsque nostrorum memoriâ peruenere, qui eas hisce Germanicis ijsq; rudibus rhythmis, quos vetustatis non venustatis gratia appono, incluserunt.

De Wöfen/ Wöfe/ Wöff/ hebben H. Ologen/
Vnd S. H. Wöfmen tho S. H. Eng auer de U/
Dær söhren de van Wöfmen/ Wöfe/

Vnd Wöfmen int H. O. H. dat men yde hördet/
Tho K. R. O. P. E. J. M. by dem K. R. E. K. H. A. S.
Do quam K. R. E. W. I. S. H. O. M. A. R. E. N.

Vt ferè omnes Balthici litoris maiores ciuitates, sic etiam Rostochium, in quatuor parochias diuisa est. Ex quibus olim collegiata versus Solis occasum Ecclesia D. Iacobo. Templum, quod in vrbe meditullio situm, D. Mariæ. Quod ortum solstitialem spectat, D. Petro: Et, quod Soli in Brumâ exorienti exponitur, D. Nicolao consecratum est. Præter nominatas quatuor parochias alia quinque in vrbe sunt templa, quorum vni, nempe S. Spiritus, opulentum ptochodochium, reliquis quatuor Monasteria adiuncta sunt. Cænobium D. Catharinæ, quod olim Franciscanis Monachis hospitium præbebat, hodie in nosocomium 80 pauperum conuersum est. D. Ioannis, quod olim Dominicanorum fratrum erat domicilium, nunc scholarum triualium, communi pauperum studiosorum mensæ: Sicuti D. Michaëlis seu fratrum minorum, Academiæ Concilio & studiosorum habitationi, antequam incendio deformaretur, destinatum est. S. Crucis, virginum Vestalium ad Deum conuersarum, etiamnum conuenticulum manet. Duorum extra vrbs mœnia templorum, alterum D. Georgio inauguratum, perquam diti leproforum nosodochio adhuc floret. Alterum, D. Gerdrudis patrocinio sacratù, tempore imminenti belli deiolatum & dirutum est, remanente eiusdem cœmiterio, in quod, etsi aliquot centena hominum cadauera quotannis condantur, prorsus tamen nulla caluariarum, ossium, sarcophagorumque reperiuntur vestigia, tellure intra spacium semestris, vel etiam citius, omnia consumente. Cui non dissimilem ipsimet Romæ vidimus terram, in quâ viginti quatuor horarum interstirio, ossibus exceptis, totus homo consumitur.

Magistratus Urbis duplex est. Urbanus & Academicus. Urbanus, qui ex viginti quatuor viris constat, iterum quadruplex est. Primum locum obtinent Consules, alterum Camerarij, tertium Præfecti opificum, qui vernaculâ linguâ de Wödderen appellantur, vltimum Prætores seu iudices.

Consulum quatuor numero sunt, nimirum Iacobus Lemmichius, Henricus Rungius, Fridericus Heinius I. V. D. & Ioannes Kellermannus. Hi summam præ cæteris potestatem habent, eorumdemque vnus, quem Regentem seu verbi potentem dixeris, per vices & mensem præsidet, partium querimonias audit, supplices libellos excipit, Senatù cogit, rem cõcilio proponit, & nomine eiusdem decreta pronuncians respondet.

Camerarij tabulis publicis præsent, census oblationesque ciuium colligunt, vrbs munitiõnem, locorum communium renouationem, ædificationemque, & quæ extra vrbs terrâ sunt, curæ habent. Præfecti opificum portus & maris inspectiõne, opificumque, qui maximam vrbs partem colunt, intricatissimis causis distinguntur. Iudices creditorias debitoriasque causas omnesque actiones criminales & ciuiles distinguunt, & facinorosos quæstioni subiectos morte condemnant. Præter nominatos, Senatorum alij taberna Vinaria & pharmacopolio, alij telonio & molendinis, alij domus tributaria & monetaria, præfecti sunt. Habent enim Rostochiensis, Imperat. Rom. & Principum suorum indulgentiâ, ius signandi argentum seu monetam cudendi, quamcunque velint, aureos nimirum Vngaricos, Rhenanos, Portugaleses, Ducatos, loachimicos argenteos, drachmas, semidrachmas, solidos, semisses, nummos, obulos, teruncios &c. quemadmodum imperiales ciuitates. Magistratum Academicum sustinet Professorum vnus, Gymnasiarcha seu Rector dictus, qui supremam Vniuersitatis inspectiõnem habet, eiusdemque dignitatem, iura & statuta fideliter tutatur. Studiosos regit, & omnia pro auctoritate sua exceptis arduis in negotijs dispensat. Quibus incidentibus Concilium, quod ex certo Professorum constat numero, cogit. In eo ipse Rector & Professores Theologi principem obtinent locum, alterum Iuris antistites, tertium Medici, infimum Philosophi, & cæteri artium doctores. Cancellarius Academicæ perpetuus est Episcopus Suerinensis, qui ex Professoribus alicui in publicis promotionibus, cum ipse interesse nequit, officium suum demandat. Sunt itidem Academicæ duo Professorum Collegia. Suum est Collegium Professoribus Principum: suum Professoribus Senatus. Vtrumque suam vtilitatem sic procurat, vt vtilitati & dignitati alterius non officiat. Ipsam verò Academicam communi auspicio, illustrissimi Principes Megapolitani & amplissimus vrbs Senatus, Anno 1419. duodecimâ Nouembris die aperuerunt, & communi adhuc iure eandem fouent & sustentant. Dimidiam Professorum partem Principes Megapolitani, dimidiam Senatus suis sumptibus alunt, qui coniunctim vnum corpus constituunt, & suo de numero alternatim, & bis quotannis, Rectorem eligunt.

Collegia Academicæ, excepto Auditorio magno, nouè sunt. Iuridicû, Philosophicû, Mediæ Lunæ, Aquilæ, Rubei leonis, Vnicorni, Syluani, Portæ cæli, & D. Michaëlis seu fratrum, quod iâ Volcani violentiâ quorundâ nebulonû incuria absorptû est.

PETRI LINDEBERGII R. IN
Patriam suam Epigramma.

Vrbs generosa rosis, ROSÆA, & generosa Roseto,
Est pandora Deum, Teutoniarq; decus.
Vrbs præclara rosis ROSÆA, & præclara Roseto
Est secunda sophis, & populosa viris,
Vandalicæ lumen, Fæbrosusq; balsamus Anse,
Sortis & omnigenis condecorata bonis.
Alma parens & nata simul Megalopolis ora
Qui pote? naturâ filia, dote parens.
Iuppiter hæc olim faustus vixisset in vrbe,
Hæc si forsitan ei nota fuisset humis.

IDEM LINDEBERGII IN HODO-
perico suo Italico.

SED quid ego hæc? patriam tandem complectimur vrbs,
ROSTOCHIVM, quâ non alia oporitur vsquam

Pene sicut est, si quis vel flumina pulcra, secundos
Nauigij portus, & opinas piscibus undas
Inspectas rectè, secundane prædica cernat;
Sed mores hominum cultos, magnumque senatum,
Ardua templa, scholæ formam, collegiæque ampla,
Sed urbem spectet doctorem, ex asse virorum.
Hæc, victus ratio est facilis, facilisque locorum
Temperies, tenui vendunturque omnia numero
Hæc suaui terra genis, potusque salubris,
Rostochiensis enim passim cernisfa cunctis
Laudatur populis, petiiturque hinc inde frequenter.
Hæc Musarum Helicon, quo sese fonte, inuenit
Abliis, ac puris abstergit barbara lymphis.
Hæc varia naues, heu! merces vnde paterna
Vrbs, Pandora Deum sine crimine, & altera Athona
Postique Arctoa paradisi dicitur Anse:
Palsiones Memus, qua sunt verissima, dicit.